

# ZGODOVINSKI ZBORNIK.

## PRILOGA

### „LAIBACHER DIOECESANBLATT-U“.




—♦♦♦ Izhaja v nedoločenih obrokih. ♦♦♦—



Sedmo leto.

Ljubljana, meseca septembra 1894.

Številka 26.



## Diplomatarij.

24.

### Bulla papeža Pija VI.,

s katero začare škofiji tržaško in pičansko, povzdigne mesto Gradiško v škofijsko stolico, podvrže novo škofijo gradiščansko nadškofu ljubljanskemu, ji podredi del zatre nadškofije goriške in župnije zatrtih škofij tržaške in pičanske ter nekatere fare, odkrusene od poreške in puljske vladikovine. — Rim, 20. avgusta 1788.\*)

In Nomine Domini Amen.

Cunctis ubique pateat evidenter, et sit notum, quod anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi MDCCLXXXVIII die vero XXVII mensis Augusti Pontificatus SS. Domini Nri Dni Pii divina Providentia PP. VI. anno ejus quartodecimo Ego officialis deputatus infrascriptus vidi, et legi quasdam litteras apostolicas sub Plumbo more Romane curie expeditas Tenoris sequentis videlicet.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei Ad perpetuam Rei Memoria. Super specula militantis Ecclesie illo sic disponente Domino qui Rebus cunctis imperat cuique omnia semper obediunt licet nullis suffragantibus meritis nostris constituti ad universas orbis Ecclesias aciem nostre Mentis intendentes quid insignium Locorum Splendori quidve Incolarum commoditati

et felici statui eorumque animarum Saluti magis congruat potissimum contemplamur et in locis ipsis prout necessitas postulat, Salus animarum exigit, et supremorum Principum de Orthodoxa Religione optime meritorum illorumque presertim qui communem christiane Reipublice causam adversus tetricos illius hostes temporibus hisce totis conatibus adjuvare satagunt vota exposeunt novas Episcopales Sedes juxta circumstantiarum opportunitatem per viam etiam alicujus suppressionis ac translationis erigamus, ut per novas erectiones hujusmodi nova etiam populorum eidem militanti Ecclesie augeatur adhesio Fideique Catholice professio inibi validius efflorescat eademque Loca dignioribus titulis illustrentur, nec non illorum Incole et Personae honorabilium vigilumque Presulum assistentia Regimine et doctrina suffulti proficiant semper in Fide cum Divini cultus propagatione et non careant in spiritualibus incremento, cum itaque sicut ex insinuatione charissimi in Christo Filii Nostri Josephi Secundi in Imperatorem electi ac Romanorum Bohemie et Hungarie Regis apostolici per dilectum Filium nostrum Franciscum Tituli Sancte crucis in Hierusalem Sancte Romane Ecclesie Presbyterum Cardinalem de Herzan de Harras nuncupatum ejus ad Nos et sedem apostolicam Administratum Plenipotentiarium nuper facta accepimus Ipse Josephus Imperator et Rex ad populum in Ditionibus sibi subjectis existentibus spirituale bonum rite promotedum gravioremque animarum Pastoribus curam aliqua in parte allevandam opere pre-

\* ) Nastopno bullo »Super specula militantis eccle-ie« ponatisnil smo iz zapisnika z leta 1788, hrjanjenega v knezoškofijskem arhivu ljubljanskem ter pustili tudi neizpremenjeno poverilno klavzulo apostolskega notarja Josipa Battaglia.

tiuum existimet, ut varie nonnullarum Diecesum Portiones in eisdem Ditionibus sparsim et mixtim hinc inde existentes in ordinatum ambitum sub vigili unius tantum capitis inspectione claudantur, ac propterea attendens quod ex sequuta nuper metropolitane Ecclesie goritiensis suppressione apostolica autoritate perpetuo facta infrascripti illius Diecesis Districtus Ecclesiastici Pars aliqua de qua nondum dispositum extitit illique finitime Tergestine et Petinensis Diecesum integri respective etiam Districtus Ecclesiastici in temporalibus Austrie Ditioni respective subjecta et subjecti reperiuntur que et qui ad hujusmodi finem obtainendum simul cum reliqua Parentine et Polensis Diecesum respective Districtus parte in Istria Austriaca existente mererentur uniri, et in unam tantum Diecesam ut infra constitui.

Quodque hoc idem sentientes atque ut opus tam utile perficiatur animo haerentes venerabilis Frater noster modernus Episcopus Tergestinus illiusque Episcopalis Ecclesie Tergestine nec non etiam Ecclesie Petinensis illius sede Episcopali ad presens vacante respective moderni Capitula, et Canonici dilecti Filii infrascriptis suppressioni, et Erectioni consenserunt, et quoad dictum Episcopum Tergestinum Regimini, et Administrationi ipsius Tergestine Ecclesie cui preest ad eumdem infrascripte Erectionis effectam in manibus nostris sponte, et libere cessit summo proinde desiderio flagret idem Josephus Imperator et Rex ut previa ipsarum Tergestine et Petinensis Ecclesiarum illarumque respective sedis, et dignitatis, nec non utriusque Mense Episcopalis atque respectivorum capitulorum hujusmodi illaque respective componentium dignitatem et Singulorum Canonicatuum ac Prebendarum, et quorumvis aliorum in eis respective existentium Beneficiorum ecclesiasticorum una cum Tergestina et Petinesi respective Diecesibus modo tamen, et forma infrascriptis facienda suppressione ac Parentine, et Polensis Diecesum prefatarum respective Districtus infrascripte Partis dismembratione de simili venerabilium etiam Fratrum nostrorum modernorum Parentine et Polensis Episcoporum Dilectorum itidem Filiorum modernorum Parentine et Polinensis Ecclesiarum Capitulorum et Canonicorum jam prestito consensu etiam ut infra facienda opidum Gradisce sub Diecesi Tergestina ut infra sic supprimende existens civitatis Episcopalis Gradiscane nuncupande Titulo et honore decoretur, Ac in eo sita Parochialis Ecclesia Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum previa itidem illius Tituli collativi suppressione de dilecti pariter Filii moderni illius rectoris simili consensu perpetuo ut infra etiam facienda in Cathedram Ecclesiam Gradiscanam nuncupandam ut infra quoque perpetuo erigatur aliaque infrascripta per

Nos, et sedem apostolicam prefatam fiant atque ordinentur.

Nos igitur quibus post susceptam dicti Francisci Cardinalis instantiam ex processu a Dilecto similiter Filio Nostro et sedis apostolice prefate Nuncio in civitate Viennensi Austriae comorante vigore decreti Nostri sub die Decima Mensis Decembris anni Domini proxime preteriti edicti super ipsis expetitis suppressione ac dismembratione et erectione confecto et ad urbem nuperrime transmisso plane constitit quod premissorum necessitate ac etiam utilitate revera existentibus si supra dicta omnia per Nos et Sedem eadem ut infra concederentur ecclesiastica quidem disciplina in eisdem Partibus cum uberiori Animarum hujusmodi fructu, ac catholice Religionis progressu coordinaretur, et Christi fidelium pietas indies etiam augeretur votis, et supplicationibus dicti Josephi Imperatoris, et Regis ejus nomine Nobis per ipsum Franciscum Cardinalem super hoc humiliter porrectis annuere volentes ac cessionem ab ipso Tergestino Episcopo ad eundem infrascriptum effectum ut prefertur factam hujusmodi admittentes ipsumque Episcopum Tergestinum a vinculo, quo prefate Tergestine Ecclesie cui preest tenetur. Apostolica auctoritate absolventes Motu Nostro proprio et ex certa scientia deque apostolice potestatis plenitudine in Tergestina et Petinensi respective civitatibus Cathedrales Ecclesias Tergestinam et Petinensem illarumque cathedras et dignitates ac sedes nec non Mensas Episcopales cum universis Tergestine ac Petinensi Diecesibus nec non Titulum et Denominationem Tergestini ac Petinensis respective Episcoporum et civitatum Episcopaliū dictarumque Cathedralium Ecclesiarum respective Capitula et dignitates ac singulos Canonicatus, et Prebendas et quevis alia inibi respective existentia Beneficia Ecclesiastica et utrumque capitulum prefatum tantum concernentia quovis nomine nuncupata dictamque insuper Parochiale Ecclesiam eorumdem sanctorum Petri et Pauli in dicto oppido ut infra existentem illiusque ac dignitatem hujusmodi nec non Canonicatum et Prebendarum aliorumque beneficiorum praefatorum respective Titulos collativos nomina denominations naturas et essentias dignitatum, ac Canonicatum Beneficiorum ac Parochialis Ecclesie huiusmodi collativarum et collativorum et collative ita quod ille et illi nec non illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collative, et collativi nec non collativa esse desinant ac de cetero utilitatis ac talia, et tales in Titulum collativum quavis auctoritate conferri seu impretrari aut alias de illis, et illa quovis modo disponi amplius nequeat et si illas et illos nec non illa et illam deinceps ullo unquam tempore conferri aut impetrari

vel alias de illis, et illa quovis modo disponi contigerit collationes impetrations alieque dispositiones de illa, et illa pro tempore quomodolibet facte nulle et invalide nulliusque roboris, vel momenti existant neminique suffragentur nec cuiquam Jus vel coloratum Titulum possidendi tribuant apostolica auctoritate præfata perpetuo respective suppressimus, et extinguimus.

Ac ne alicui ex dictarum Tergestine et Petinensis Ecclesiarum sic suppressarum et extinctarum nuper respective Canonicis ac qui dignitates in earum utraque simul hactenus respective obtinuerunt dicteque Parochiales itidem sic suppresse et extincte nuper etiam Rectore prefato in hujusmodi Dignitatum et Canonicatum ac Prebendarum nec non dicte Parochialis Ecclesie respective suppressione prefata ac per eos de illis et illa etiam respective facta abdicatione prejudicium aliquod inferri valeat, quinimo ut eorum quilibet in ea de sue respective sic suppresse Prebende amissis fructibus, et quoad ipsum nuper Rectorem dicte Parochialis Ecclesie ut prefertur suppresse et extincte etiam de suis Juribus Parochialibus hucusque per eum percipi solitis integrum respective indemnitatem accipiat Nos propterea cuilibet ex prefatis Tergestine et Petinensis Ecclesiarum ut prefertur suppressarum et extinctarum hujusmodi nuper Canonicis ac qui dignitates in illis simul ut prefertur respective obtinuerunt dicteque sic suppresse et extincte Parochialis Ecclesiae nuper Rectori prefato Pensionem annuamque cujusque per eos respective obtente Prebende ac jurium Parochialium huiusmodi ad ipsum nuper Rectorem spectantium annuis Redditibus equivaleat eis, et eorum cuilibet quoad vixerint, et respective vixerit ex fundis eisdem Prebendis ac Parochiali Ecclesie prefate ut prefertur suppressis et suppresse jam alias assignatis per eos et eorum quemlibet respective perciendam seu per ipsum Josephum Imperatorem et Regem cuius expressa ad hoc accedit intentio in numerata pecunia donec aliunde eisdem sic suppressarum Tergestine et Petinensis Ecclesiarum hujusmodi nuper Canonicis et qui dignitates in illis ut prefertur obtinuerunt dicteque Parochialis Ecclesie itidem ut prefertur suppresse et extincte nuper Rectori prefato de aliquibus Beneficiis Ecclesiasticis respectivi anni Reditus non minoris singuli eorum Canonice provisum fuerit annuatim persolvendam dicta apostolica auctoritate ipsarum tenore Presentium reservamus constituimus et assignamus.

His vero premissis prefatum Oppidum Gradisce in civitatem Episcopalem Gradiscanam, ut antea nuncupandam cum omnibus et singulis Juribus honoribus preeminentiis privilegiis et prerogativis quibus alie civitates Pontificali Cathedra insignite et earum cives utuntur,

fruuntur, potiuntur et gaudent ac uti frui potiri et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum Dictam vero Parochiale Ecclesiam eorundem Sanctorum Petri et Pauli in eodem oppido ut prefertur existentem ac etiam ut prefertur suppressam et extinctam in Cathedram Ecclesiam Archiepiscopo Labacensi pro tempore existenti suffraganeam eique Metropolitico Jure subjectam sub invocatione Sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum ac Parochiale ut antea extitaram et in ea Sedem et Dignitatem Episcopalem pro uno deinceps Episcopo Gradiscano nuncupando qui eidem Ecclesie Gradiscane illiusque civitati prefate ac Diecesi ut infra constituende presit, Abbates inferiores Prelatos et alias ad Synodus convocet ac omnia et singula Jura officia et Munia Episcopalia habeat et exerceat cum suis Capitulo infrascripto Sigillo Arca Mensa Episcopali ceterisque Pontificalibus Signis Insigniis nec non Juribus Jurisdictionibus facultatibus preeminentiis prerogativis privilegiis honoribus gratiis favoribus et indultis realibus et personalibus ac mixtis quibus cetere Nationis Germanice Episcopales Ecclesie earumque presules quomodolibet non tamen titulo oneroso aut ex Privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent atque uti frui potiri et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum.

In ipsa autem Cathedrali Ecclesia Gradiscana unam preposituram que post Pontificalem hujusmodi major cum uno Canonicatu et alia Prebenda pro uno Canonicco Preposito nuncupando qui caput infrascripti Capituli existat iisque gaudeat preeminentiis que sibi de jure competere debent. Ac unum Decanatum qui secunda cum alio pariter Canonicatu et alia Prebenda pro uno Canonicco Decano ac unam scholastriam qui Tertia inibi respective Dignitates existant cum alio itidem Canonicatu et alia Prebenda eisdem Dignitatibus respective invicem perpetuo unitis extitiris pro uno Canonicco Scholastica. Ac alium et aliam quartam nuncupandam, quibus Vicarii generalis pro tempore futuri Gradiscani Episcopi munus incumbat pro uno Presbytero quarto Canonicco Vicario generali etiam nuncupando. Ac alium et aliam quintam pariter nuncupandam quibus cura animarum Parochianorum dicte cathedralis que ut prefertur etiam Parochialis existat Ecclesie Gradiscane imineat pro alio Presbytero quinto Canonicco Parocho similiter nuncupando. Ac reliquos duos respective Canonicatus totidemque Prebendas pro duobus aliis futuris mere Canonicis dicte Cathedralis Ecclesie Gradiscane illius Capitulum componentibus similiter cum choro stallo Arca, et sigillo communibus aliisque signis, et Insigniis Cathedralibus, ac cum omnibus prerrogativis honoribus privilegiis et exemptionibus, quibus alie Ca-

thedrales in Austriaca Ditione existentes non tamen Titulo oneroso aut ex privilegio particulari similibus acquisitis gaudere solent, ac possunt. Nec non sex perpetuas Vicarias chorales et curatas Mansionariatas nuncupandas pro totidem Presbyteris Vicariis choralibus Mansionariis itidem nuncupandis quibus preter servitium chori dicte Cathedralis Ecclesie Gradiscane onus quoque curam animarum Parochianorum hujusmodi una cum quinto Canonico Parocho ut prefertur nuncupando pro tempore existente ipsius Cathedralis Ecclesie Gradiscane exercendi incumbat, et quatuor sine cura personalem tamen residentiam requirentes ac servitium chori annexum habentes Cappelanias minime tamen collativas pro totidem clericis seu Presbyteris futuris in eadem Cathedrali Ecclesia Gradiscana capellanis, qui eidem in Divinis inservire teneantur, et ad nutum pro tempore existentium illius Capituli et Canonicorum ad capellanias huiusmodi tam hac prima vice et a primeva illarum erectione infrascripta vacantes quam etiam deinceps quovis modo vacaturas eligi, et assumi ac respective ab eisdem amoveri possint ac debeant ad Dei omnipotentis laudem, et gloriam eorumdemque Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum honorem Fideique catholice exaltationem apostolica autoritate prefata itidem perpetuo respective erigimus et instituimus volentes, quod futurus Episcopus Gradiscanus in dicta Cathedrali Ecclesia per Nos ut prefertur erecta Theologalem ac Penitentiariam Prebendas ad prescriptum Concilii Tridentini instituat ejusdem futuri Episcopi Gradiscani conscientia de super onerata remanente.

Ac insuper ut prefate Episcopali Ecclesie Gradiscane ut prefertur ercente Diecesis nec non clerus et Populus constitui possit previa unius Parentini et alterius Polensis Diecesum respective Districtum Partium in Istra austriaca ut prefertur sitarum et in eis respective existentium Parochialium Ecclesiarum inferius exprimendarum per eosdem modernos Parentinum et Polensem Episcopos eorumque respective Capitula, et Canonicos prefatos respective perpetuo cessarum ab una, et altera eorum Diecesibus prefatis perpetua dismembratione et disjunctione prefatum oppidum Gradiscanum in civitatem Episcopalem ut prefertur erectum ac totos et integros actuales Tergestine et Petinensis Diecesum ut prefertur suppressarum Districtus. Ac unam Goritiensem nuper similiter ut prefertur suppressa et aliam ac reliquam ut supra dismembratas Parentine et Polensis respective Diecesum etiam respective Districtum partes hujusmodi Et in eisdem Districtibus, ac Districtum partibus supradictis respective consistentes, non tamen infrascriptas de Umago et Metterada nuncupatas dicte Tergestine Diecesis in Istra

Veneta sitas inferius aliter uniendas, Parochiales Ecclesiæ que sequuntur videlicet.

*In districtu suppressi Episcopatus Tergestini* — unam Beate Marie Virginis *Tergesti in civitate veteri* — et aliam *Sancti Antonii Tergesti* in civitate nova Theresiana — et aliam Sancti Bartholomaei *Opchina*<sup>1)</sup> — et aliam Sancti Udalrici *Dollina*<sup>2)</sup> — ac aliam Sancti Stephani *Bregoviz*<sup>3)</sup> — ac aliam Sancti Petri Apostoli *Tomaj*<sup>4)</sup> — Ac aliam Sancti Bartholomaei *Senoscish*<sup>5)</sup> — Ac aliam Beate Marie Virginis *Urem*<sup>6)</sup> — Ac aliam Sancti Stephani *Coshana*<sup>7)</sup> — Et aliam Beate Marie Virginis *Jelshane*<sup>8)</sup> — et aliam Sancti Petri Apostoli *Bornegg*<sup>9)</sup> — Et aliam Beate Marie Virginis *Slavina*<sup>10)</sup> — et aliam Sancti Martini *Hrenoviz*<sup>11)</sup> — et aliam Sancti Chrysogoni *Hrusihza*<sup>12)</sup> — et aliam Sancti Petri Apostoli *Pouer*<sup>13)</sup> — et reliquam Parochiales seu alias Ecclesiæ Sancti Joannis Baptiste *Rodigg*<sup>14)</sup> respective nuncupatas.

*Ac in alio Districto suppressi Episcopatus Petinensis* — unam Beate Marie Virginis *Pedene*<sup>15)</sup>, et aliam Sancti Viti *Gallignane*<sup>16)</sup> — Et aliam Sancti Michaelis *Novago*<sup>17)</sup> — et aliam Beate Marie Virginis *Ceroule*<sup>18)</sup> — Et aliam Sancti Joannis Baptiste *Corbune*<sup>19)</sup> — Et aliam Sancti Georgii *Bordo*<sup>20)</sup> — Et aliam Sanctorum Hermagore et Fortunati *Lindaro*<sup>21)</sup> — Et aliam Sanctorum Petri et Pauli *Gollogoricia*<sup>22)</sup> — Et aliam Santissime Trinitatis *Zepitsch*<sup>23)</sup> — et aliam Beate Marie Virginis *St. Juvaniz*<sup>24)</sup> — Ac reliquam Parochiales seu alias Ecclesiæ Sanctorum Cosme et Damiani *Kersikla*<sup>25)</sup> respective nuncupatas.

*Ac in parte Districtus Metropolitane et Archiepiscopalis jam suppressae Ecclesie Goritensis* unam Sancti Hilarii in civitate *Goritie* — Et aliam Sancti Ignatii in civitate *Goritie* — Et aliam Sanctorum Petri et Pauli in Oppido *Gradisce*<sup>26)</sup> — Et aliam Sancti Adalberti *Cormons*<sup>27)</sup> — Et aliam Sancti Udalrici *Ajello* — Et aliam Beate Marie Virginis *Farra* — Et aliam Sancti Michaelis *Chioprisk* — Et aliam Beate Marie Virginis *Visco* — Et aliam Beate Marie Virginis *Romana*<sup>28)</sup> — Et aliam Sancti Stephani *Ruda* — Et aliam Beate Marie Virginis *Villa Vicentina*, seu *Ventina* — Et aliam Sancti

<sup>1)</sup> Opčina. — <sup>2)</sup> Dolina. — <sup>3)</sup> Brezovica. — <sup>4)</sup> Tomaj. — <sup>5)</sup> Senožeče. — <sup>6)</sup> Vreme. — <sup>7)</sup> Košana. — <sup>8)</sup> Jelšane. — <sup>9)</sup> Recte Dornegg, to je Trnovo pri Ilirski Bistrici. — <sup>10)</sup> Slavina. — <sup>11)</sup> Hrenovice. — <sup>12)</sup> Hrušica. — <sup>13)</sup> Povir pri Sežani. — <sup>14)</sup> Rodik, a sedanji tržaški šemmatizem kaže, da je cerkev posvečena presveti Trojici. — <sup>15)</sup> Pičan (Petena). — <sup>16)</sup> Gračišće. — <sup>17)</sup> Novaki (Novaticum). — <sup>18)</sup> Cerovlje. — <sup>19)</sup> Krbune. — <sup>20)</sup> Brdo (Berdum). — <sup>21)</sup> Lindar (Lindarum). — <sup>22)</sup> Golagorica. — <sup>23)</sup> Čepić. — <sup>24)</sup> Sv. Ivanac. — <sup>25)</sup> Kersiklja, nekdaj župnija, a leta 1794 zatrla in sedaj ekspozitura fare Grdo selo. — <sup>26)</sup> Gradiška. — <sup>27)</sup> Kormin (Cormonitum). — <sup>28)</sup> Romans.

Laurentii *Fiumicello* — Et aliam Sancti Joannis Apostoli *Aquileje*<sup>29)</sup> — Et aliam Sancti Martini di *Terzo*<sup>30)</sup> — et aliam Sancti Michaelis *Cervignano*<sup>31)</sup> — Et aliam Sanctorum Vincentii et Anastasii *Porpetto* — Et aliam Sancti Michaelis *Ontognano*<sup>32)</sup> — et aliam Sancti Canziani *Gonars* — Et aliam Beate Marie Virginis *Zuins* — et aliam Sancti Thome Apostoli *Carlino* — Et aliam Sancti Marei *Driolassa* — Et aliam Beate Marie Virginis *Hambruzzo* — Et aliam Sancti Michaelis *Campomelle* — Et aliam Sancti Gregorii *Rivarotta* — Et aliam Sancti Martini *Precenio* — Et aliam Sancti Udalrici *Flitsch*<sup>33)</sup> — Et aliam Beate Marie Virginis *Tolmein*<sup>34)</sup> — Et aliam Beate Marie Virginis *Podmenz*<sup>35)</sup> — Et aliam Sancti Lamberti *Nemskerouth*<sup>36)</sup> — Et aliam Sancte Ane *Kirchheim*<sup>37)</sup> — Et aliam Sancti Georgii *Shebrelije*<sup>38)</sup> — Et aliam S. Viti *St. Veitsberg*<sup>39)</sup> — et aliam Sancti Leonardi *Woltschak*<sup>40)</sup> — Et aliam Beate Marie Virginis *Karfreit*<sup>41)</sup> — Et aliam Beate Marie Virginis *Canal*<sup>42)</sup> — Et aliam Sancti Stephani *Salcan*<sup>43)</sup> — Et aliam Sancti Michaelis *Bigliana*<sup>44)</sup> — Et aliam Sancti Andree *Mossan*<sup>45)</sup> — Et aliam Sancti Georgii *Lucenio*<sup>46)</sup> — Et aliam Sancti Justi *Ungersbach*<sup>47)</sup> — Et aliam Sancti *Sylvestri Schonpass*<sup>48)</sup> — Et aliam Sancti Viti *Cerniza*<sup>49)</sup> — Et aliam Sancti Petri *St. Peter*<sup>50)</sup> — Et aliam Sanctorum Hermagore et Fortunati *Ranciano*<sup>51)</sup> — Et aliam Sancti Andree *Prebacina*<sup>52)</sup> — Et aliam Sancti Danielis *Dornberg* — Et aliam Sancti Udalrici *Reifenberg*<sup>53)</sup> — Et aliam Sancti Michaelis *Compne*<sup>54)</sup> — Et aliam Sanctissimi Crucifixi *Heiligen Kreutz*<sup>55)</sup> — Et aliam Sancti Petri *Comen*<sup>56)</sup> — Et aliam Sancti Georgii *Merna*<sup>57)</sup> — Et aliam Sancte

<sup>29)</sup> Oglej. — <sup>30)</sup> Tertium.) — <sup>31)</sup> Cervinjan. — <sup>32)</sup> Antignano, Antinjan. — <sup>33)</sup> Bovec. — <sup>34)</sup> Tomin. — <sup>35)</sup> Podmelec (Podmeuc). — <sup>36)</sup> Nemški Rut (Nemške Rovte). — <sup>37)</sup> Cerkno. — <sup>38)</sup> Šebrelje. — <sup>39)</sup> Št. Viška gora. — <sup>40)</sup> Volče. — <sup>41)</sup> Kobarid. — <sup>42)</sup> Kanal. — <sup>43)</sup> Solkan. — <sup>44)</sup> Biljana. — <sup>45)</sup> Mossa. — <sup>46)</sup> Ločnik (Lucinico). — <sup>47)</sup> Vogersko. — <sup>48)</sup> Šempas (Schönpass). — <sup>49)</sup> Černiče (Črnica). — <sup>50)</sup> Sv. Peter pri Gorici. — <sup>51)</sup> Renče (Rancianum). — <sup>52)</sup> Prvačina. — <sup>53)</sup> Rihenberg. — <sup>54)</sup> Kamnje. — <sup>55)</sup> Križ. — <sup>56)</sup> Komen. — <sup>57)</sup> Mireu.

Barbare *Oberidria*<sup>58)</sup> — Et aliam Beate Marie Virginis *Unteridria*<sup>59)</sup> — Et aliam Sancti Stephani *Wippach*<sup>60)</sup> — Et reliquam Parochiales seu alias Ecclesias Sancti Joannis Baptiste *Tibein*<sup>61)</sup> respective nuncupatas.

*Ac in parte Districtus ab Episcopali Ecclesia Parentina dismembrata* — unam Sancti Nicolai preposituram *Pisini*<sup>62)</sup> nuncupatam — Et aliam Sancti Georgii *Pisino vecchio*<sup>63)</sup> — Et aliam Sancti Michaelis *Pimino* collegiatam — Et aliam Sancti Petri *St. Peter in Wald*<sup>64)</sup> — Et aliam Sanctorum Petri et Pauli *Corridigo*<sup>65)</sup> — Et aliam Sanctorum Simonis, et Jude *Antignana*<sup>66)</sup> collegiatam — Et aliam Sancti Martini *Vermo*<sup>67)</sup> — Et aliam Beate Marie Virginis *Terviso*<sup>68)</sup> — Et aliam Sancti Michaelis *Zumesco*<sup>69)</sup> — Et aliam Beate Marie Virginis *Gerdosella*<sup>70)</sup> — Et reliquam Parochiales seu alias Ecclesias Sancti Marci *Kaskerga*<sup>71)</sup> respective nuncupatas.

*Ac in parte Districtus ab Episcopali Ecclesia Polensi dismembrata* — unam Sancti Marci *Veprinaz*<sup>72)</sup> — Et aliam Sancti Georgii *Laurana*<sup>73)</sup> — Et aliam Sancti Rochi *Paas*<sup>74)</sup> — Et aliam Sancti Andree *Moschenize*<sup>75)</sup> — Et aliam Sancti Georgii *Bresez*<sup>76)</sup> collegiatam — Et aliam Sanctorum Petri et Pauli *Uragne*<sup>77)</sup> — Et aliam Sancti Andriani *Cosgliaco*<sup>78)</sup> — Et aliam Sancii Antonii Abatis *Cersano*<sup>79)</sup> — Et aliam Sancti Hieronymi *Clana*<sup>80)</sup> — Et aliam Sancte Helene *Castua*<sup>81)</sup> collegiatam — Et aliam Sancti Martini *Lippoglav* — Et aliam Sancti Petri et Pauli *Sumberg*<sup>82)</sup> — Et aliam Sancti Spiritus *Villanova*<sup>83)</sup> — Ac reliquam Parochiales seu alias Ecclesias Sancti Georgii *Bogliuno*<sup>84)</sup> respective nuncupatas.

(Nadaljevanje prihodnjie.)

<sup>58)</sup> Idrija. — <sup>59)</sup> Spodnja Idrija. — <sup>60)</sup> Vipava. — <sup>61)</sup> Devin (Duino). — <sup>62)</sup> Pazin. — <sup>63)</sup> Stari Pazin. — <sup>64)</sup> S. Petri Ap. in Sylvis. — <sup>65)</sup> Coriticum (Corridico, Krunga). — <sup>66)</sup> Tinjan (Antiniana). — <sup>67)</sup> Beram (Vermum). — <sup>68)</sup> Terviž (Tarvisium). — <sup>69)</sup> Zamašk (Zumascum). — <sup>70)</sup> Gerdo selo. — <sup>71)</sup> Kaščerga. — <sup>72)</sup> Veprinac. — <sup>73)</sup> Lovran. — <sup>74)</sup> Pas. — <sup>75)</sup> Mošćenice. — <sup>76)</sup> Bersec. — <sup>77)</sup> Vranje. — <sup>78)</sup> Kozljak (Cosliacum). — <sup>79)</sup> Keršan (Keršanum). — <sup>80)</sup> Klana. — <sup>81)</sup> Kastav. — <sup>82)</sup> Šumberg. — <sup>83)</sup> Nova vas. — <sup>84)</sup> Boljun (Bolliunum).

## Duhovniška bratovščina sv. Mihaela v Mengšu.

(Od leta 1667 do 1799.)

(Nadaljevanje.)

Anno 1696. in numerum DD. Consodalium asciti.

Adm Rdus, Nobilis, ac clarissimus Dnus **Joannes Jenko**, ss. Thlgiae Baccalaureus. Parochus in Veldes. Obiit Labaci 16. Xbris 1699.

Adm Rdus, Nobilis, ac doctissimus Dnus **Joannes Augustinus Sustarziz**, AA. LL. & Phliae Mgr. ad S. Petrum in Commenda infra Crainburgum Parochus. Obiit Labaci 11. 7bris 1697.

Rdus, Nobilis, ac perdoctus Dnus **Georgius Köschner**, Coop. ad S. Cancianum in inferiori Carniola. Obiit 28. Febr. 1709.

Rdus, Nobilis, ac doctissimus Dnus **Andreas Hombschagkh**, AA. LL. & Phliae Mgr. Coop. in ciuitate Crainburgensi. Obiit 23. 7bris 1705. Graecii, alias Par. & Commis. in Scalisi. Benefactor.

Multum Rdus, Nobilis, ac perdoctus Dnus **Nicolaus Maietiz**, Vic. in Möttningkh.

Rdus, Nobilis, ac perdoctus Dnus **Lucas Globoznik**, Coop. in Fränz, nunc Parochus in Höfflein.

*Anno 1697. Sodales renunciati.*

- Adm Rdus Dnus **Casparus Gaissek**, Par. in Sibkha.  
 Adm Rdus Dnus **Joannes Teusch**, Par. in Prasberg. Obiit 27. Ju-  
 lii 1702.  
 Multum Rdus Dnus **Michael Killer**, Vicar. Cathed. Eccliae Labaci.  
 Obiit ad S. Vitum supra Labacum 19. Jan. 1715.  
 Rdus Dnus **Michael Jakoss**, Coop. ad S. Martinum prope Littay.  
 Obiit 23. Febr. 1708.  
 Adm Rdus, ac Illmus Dnus, Dnus **Franciscus Josephus Comes à Wagenberg**. Obiit Labaci 21. Junii 1697.

*Anno 1698. Albo DD. Confratrum adscripti.*

- Rdus Dnus **Joannes Bapta Sternissa**, Coop. ad S. Cancianum  
 prope Auersperg.  
 Rdus Dnus **Paulus Pogaznik**, Coop. in Riez. Obiit in Laitsch  
 27. 7bris 1715.  
 Rdus Dnus **Michael Steer**, Coop. ad S. Cancianum in inf. Carniola. Obiit in Arch 17. 9bris 1710.  
 Rdus Dnus **Joannes Ruess**, Coop. in Watsch. Obiit 8. 7bris  
 1720 ibidem.  
 Rdus Dnus **Sebastianus Suolschak**, Coop. in Obergurg. Obiit  
 22. Aug. 1706.  
 Rdus Dnus **Valentinus Chrisay**, Coop. Locopoli. Obiit 2. Aprilis  
 1707.

*Anno 1699. Inter Confratres numerati.*

- Adm Rdus Dnus **Ludouicus Prischlan**, Parochus ad S. Aegidium sub Swarzenstain.  
 Adm Rdus Dnus **Bartholomaeus Semeniz**, Parochus in Walten-dorff, eliminatus ob discessum.  
 Multum Rdus Dnus **Matthias Pokorn**, Vicarius Cath. Eccliae Labaci. Obiit 30. 7bris 1701.  
 Rdus Dnus **Joannes Maren**, Coop. in Michelstetten. Obiit 1. 8bris  
 1723.  
 Rdus Dnus **Jacobus Salachar**, nunc Parochus in Sagor.  
 Rdus Dnus **Lauretius Wonzellius**, Coop. in Scharffenberg. Obiit  
 27. Junii 1720.  
 Rdus Dnus **Casparus Jost**, Offlisi Capituli Labacensis.  
 Rdus Dnus **Paulus Kolman**, Coop. Samariae. Obiit 20. Julii 1713.  
 Rdus Dnus **Joannes Sütter**. Obiit Crainburgi 24. Julii 1712.  
 Adm Rdus Dnus **Josephus Coballius**, Par. in Haileinstain.

*Anno 1700 Albo DD. Consodalium inserti.*

- Rssmus, Illmus. ac Clarissimus D. D. **Joannes Andreas à Flachenfeldt**, ss. Thlgiae doctor, Achdus superioris Carnioliae & Parochus in Monspurg.  
 Rssmus, ac Illmus D. D. **Joannes Christophorus Comes à Spar**, Decanus Labacensis. Eliminatus ob discessum ad partes remotas.  
 Rdus Dnus **Joannes Bapta Molauz**, Coop. ad S. Vitum infra Sitticum. Obiit 26. 7bris 1702.

Rdus Dnus **Sebastianus Schaffer**, in Fraslau Cooperator, nunc Parochus in Triffail.

- Rdus Dnus **Michael Primiz**, Diuinorum in Tschembschnik Coop.  
 Rdus Dnus **Marcus Triller**, Coop. ad S. Margaretham. Obiit La-baci 21. Maii 1714.

Rdus Dnus **Georgius Kouaziz**, Coop. in Watsch. Eliminatus 1704 ob discessum ad partes remotas.

Rdus Dnus **Joannes Bapta Kunzl**, Coop. Scalensis. Obiit 10. 7bris 1719.

Rdus Dnus **Andreas Suppan**, Coop. in Schönstain, nunc Capucinus.

Adm Rdus Dnus **Joannes Casparus Derzer**, Parochus in Cräxen.

Adm Rdus Dnus **Matthias Kramer**, Parochus ad S. Crucem.

Multum Rdus Dnus **Georgius Leuar**, subvic. ad S. Georgium sub Thabor. Obiit 27. Febr. 1705.

*Anno 1701. Ad sodalitium promoti.*

Rdus Dnus **Matthias Sluga**, Cooperator in Saisenberg. Obiit in Naidek 2. 7bris 1715.

Adm Rdus Dnus **Blasius Fabritius**, Parochus ad Sctum Joannem in uinetis. Obiit 25. Martii 1702.

Rdus Dnus **Jacobus Kramer**, Coop. in Fränz.

Rdus Dnus **Gregorius Delouiz**, Coop. in Prasberg. nunc Parochus ibidem.

Rdus Dnus **Franciscus Khlun**, Coop. in Vodiz.

Rdus Dnus **Matthias Stamizar**, Coop. in Neüll.

Rdus Dnus **Josephus Schlicher**, Coop. in Aich, nunc Parochus ad S. Stephanum in Carinthia.

Rdus Dnus **Jacobus Schubl**, presbyter Stainensis. Obiit Minkendorffii 23. Aprilis 1718.

*Anno 1702. Ad DD. Sodalium numerum adlecti.*

Rdus Dnus **Primus Wurkelza**, Coop. in ualle Tuchain. Obiit 15. Xbris 1715.

A. R. Dnus **Joannes Martinus Sagar**, Parochus in Styria.

R. D. **Joannes Urbanus Purger**, Coop. in Aich. Obiit 3. Junii 1707.

Adm R. D. **Joannes Schneller**, Parochus in Tschermonitsch. Obiit ibidem 19. Febr. 1712.

R. D. **Jacobus Raab**, Coop. in Monpreiss. Obiit Praspergæ 19. Martii 1715.

R. D. **Sebastianus Kalziz**, Coop. in Weixelburg. Capucinus factus. Obiit 1712.

R. D. **Jacobus Wolko**, Coop. Locopoli. Obiit ibidem 23. Aprilis 1713.

Adm Rdus, ac Religiosus Pr **Paulus Puzl**, Professus Sitticensis. Obiit 20. Aug. 1721.

R. D. **Adamus Janesiz**, Coop. ad S. Margaretham prope Klingen-fels. Obiit 19. Maii 1715 Neostadii.

Illmus, ac Adm Rdus Dnus **Joannes Sigismundus de Benaglia**, Parochus in Moraitsch. Obiit 7. Junii 1725.

*Anno 1703. Albo DD. Confratrum adlecti.*

Rdus Dnus Mgr **Joannes Bapta Staub**, Coop. in Igg. Obiit ibidem 15. Aprilis 1706.

Adm Rdus Dnus **Antonius Josephus Maren**, ss. Thlgiae Baccalaureus, Parochus in Fränz.

Rdus Dnus **Bartholomaeus Rosman**, Coop. in Fränz. Obiit in Igg 27. Aprilis 1719.

Adm Rdus Dnus **Andreas Harisch**, Vicarius ad S. Martinum sub Schöllek. Obiit 7. Martii 1722.

Adm Rdus Dnus **Michael Castillez**, Parochus ad S. Erasmus in Aynödt. Anno 1706 renuntiauit sodalitati per literas.

Adm Rdus Dnus **Bartholomaeus Lokar**, Par. Maichouensis.

Rdus Dnus Mgr **Michael Kuralt**, Coop. in Watsch. Obiit ibidem 21. Junii 1716.

Rdus Dnus **Franciscus Antonius Koppriuiz**, Coop. in superiori Madipedio. Obiit 7. Xbris 1712.

Adm Rdus, ac Religiosus Pr **Wilhelmus Enders**, Professus Sitticiei & Parochus Samariae. Obiit 15. Martii 1715.

Rdus Dnus **Joannes Compar**, Alumnus Oberburgensis. Obiit Crainburgi 24. Juli 1712.

Rdus Dnus **Joannes Michael Assolle**. Obiit ad S. Martinum prope Lithay, 11. Febr. 1705.

*Anno 1704. In DD. sodalium numero repositi.*

Rssmus, perillustris, ac Clarissimus Dnus, Dnus **Georgius Andreas Gladiz**, ss. Thlgiae Doctor, Protonotarius Aplicus, Cathedralis basilicae ad S. Nicolaum Labaci Canonicus. Obiit 24. Februarii 1725.

Adm Rdus Dnus **Matthias Chrisner**, Parochus ad S. Jacobum in Pirkendorff. Obiit 4. 9bris 1717.

Rdus Dnus **Andreas Kozar**, Vicarius in Zirklach. Obiit ad S. Georgium in Campestribus 5. Aug. 1708.

Rdus Dnus **Joannes Jenzen**, Diuinorum Cooperator Crainburgi, nunc Parochus Wochinae. Obiit 12. Maii 1724.

M. Rdus Dnus **Joannes Laubinger**, quondam Vicarius in Möttigkh. Obiit Lithopoli 12. Martii 1706.

Rdus Dnus **Urbanus Rottar**, Coop. Locopoli.

Rdus Dnus **Michael Schifferr**, nunc Parochus in Lengenfeldt.

Rdus Dnus **Joannes Georgius Paussik**, Coop. ad S. Vitum infra Sitticum. Obiit Labaci 2. 7bris 1708.

*Anno 1705. In DD. confratrum catalogum cooptati.*

Adm Rdus Pr **Josephus Wintershoffen**, Professus Sitticensis.

Adm Rdus Dnus **Jacobus Wrudar**, Parochus in Zhates. Obiit 3. 8bris 1707.

Rdus Dnus **Franciscus Michael Paglouiz**, Diuinorum Cooperator Lithopoli, nunc Vicarius ad S. Martinum in Tuchein.

Adm Rdus Dnus **Matthias Sicherle**, Parochus ad S. Joannem in uinetis.

Rdus Dnus **Josephus Antonius Juray**, Cooperator in Naklass, nunc Parochus in Wodiz. Obiit 9. Aprilis 1722.

Rdus Dnus **Sebastianus Moschnik**, Vicarius in Moraitsch. Obiit Oberburgi 4. Jan. 1710.

*Anno 1706. DD. sodalibus asciti.*

Adm Rdus, ac Religiosus Pr **Petrus Vehouiz**, Professus Sitticensis. Obiit 25. 8bris 1721.

Illmus, & Adm Rdus Dnus **Franciscus Antonius L. B. ab Engelshaussen**, Parochus in Sagor. Obiit Saxenfeldi 22. Martii 1715.

Adm Rdus, ac Religiosus Pr **Ignatius Talmeiner**, Professus Sitticensis.

Illmus, & Adm Rdus Dnus **Maximilianus Antonius L. B. Valuasor**, Parochus in Thschembschenik. Obiit ibidem 31. Julii 1709.

Rdus Dnus **Franciscus Erasmus Kralnik**, Diuinorum Cooperator in Saisenberg. Obiit ad S. Vitum infra Sitticum 19. Martii 1710.

Rdus Dnus **Georgius Sigismundus Koschtner**, Cooperator in Monspurg. Obiit 2. Jan. 1725.

Rdus Dnus **Alexander Blasius Legath**. Obiit 2. Januarii 1723.

Rdus Dnus **Samuel Türk**. An. 1714. Eliminatus ob discessum ad partes ignotas.

Adm Rdus Dnus **Joannes Thesak**, Parochus in Alten Lak.

Rdus Dnus **Andreas Kouan**, Coop. Treffinii. Obiit 12. X. bris 1707.

*Anno 1707. Inter DD. Consodales numerari cooperunt.*

Adm Rdus Dnus **Primus Zanker**, Vice-Parochus Gonouicci. NB. Is fuit et priori Confrater, sed eo quod ad partes remotas discesserat, fuit anno 1703 per Vota eliminatus, nunc autem utpote redux, ac supplicans receptus. Obiit 26. Aug. 1719.

Adm Rdus Dnus **Thomas Juray**, Parochus ad S. Crucem in inferiori Carniolia.

Rdus Dnus **Martinus Germek**, Coop. in Obergurk. Obiit 19. Decembris 1723.

Multum Rdus Dnus **Andreas Zhebe**, ad S. Laurentium in Kraine subvicarius. Obiit 17. Aprilis 1724.

Rdus Dnus **Antonius Maschiz**, Coop. ad S. Cancianum infra Auersperg.

Rdus Dnus **Josephus Puz**, Coop. in Scharffenberg. Obiit 23. Martii 1709.

Rdus Dnus **Lucas Reiauiz**.

*Anno 1708. Matriculae ascripti.*

Rdus Dnus **Franciscus Adamus Adlmann**. Obiit in Lak prope Rätschach.

Rdns Dnus **Joannes Preschern**, Coop. in Flednik.

Rdus Dnus **Sebastianus Suppanziz**. Obiit Labaci 9. 9bris 1708.

A. R. Dnus **Joannes Baptista Skerpin**, Vicarius ad S. Petrum Labaci extra muros. Obiit 21. Febr. 1715. ibidem.

A. R. Dnus **Wolfgangus Trattnik**, Vicarius ibidem. Obiit 13. 9bris 1718.

Rdus Dnus **Georgius Gaberssek**, Coop. in Franz.

Rdus Dnus **Gregorius Merichar**, Coop. Hyper-Labaci.

Rdus Dnus **Josephus Tank**, Coop. in Triffail.

Rdus Dnus **Adamus Störn**, Coop. in Aich. Obiit Labaci 3. Septembris 1714.

Rdus Dnus **Laurentius Jakoss**, Coop. ad S. Martinum prope Lithay.

Adm Rdus Dnus **Antonius Christian**, Parochus Neoforulensis. Obiit 1. Aprilis 1710.

*Anno 1709. Caetui DD. Confratrum incorporati.*

Adm Rdus, ac Religiosus Pr in Xto Pr **Niuardus Barbo**, Sac. Ord. Cist. Professus Sitticii. Obiit 19. Febr. 1721.

Plurimum Rdus Dnus **Georgius Ferdinandus Rudolphi**, Parochus ad S. Margaretham prope Klingensel.

Rdus Dnus **Georgius Hochl**, sacellanus in Lemberg.

M. Rdus Dnus **Antonius Tauzer**, Vicarius ad S. Martinum prope Lithay.

Rdus Dnus **Michael Kregar**, Coop. ad S. Vitum supra Labacum.

Rdus Dnus **Michael Dolichar**, Coop. ad S. Gregorium in Campestribus. Obiit ibidem 29. Augusti 1715.

Rdus Dnus **Joannes Zaissa**, Coop. in Thschembschenik.

*Anno 1710. Caetui DD. Consodalium iuneti sunt.*

R. D. **Bernardus Vrssiz**, Coop. Treffinii.

R. D. **Michael Paik**, Coop. ad S. Vitum infra Sitticum.

Adm R. D. **Joannes Jureschiz**, Parochus Samariae in Styria.

R. D. **Blasius Jureschiz**, Cooperator Samariae in Styria.

R. D. **Josephus Dornik**, Vice-Beneficiatus in nouo forulo. Obiit 6. Jan. 1720.

M. R. D. **Ignatius Ruper**, Vicarius Locopoli.

M. R. D. **Augustinus Josephus Skerpin**, Vicarius in Hinach.

Adm Rdus Dnus **Ludouicus Coballius**, Parochus in Jauchen.

M. R. D. **Andreas Thaddaeus Morauzer**, Primissarius Gurgfeldi. Obiit 3. Martii 1723.

R. D. **Martinus Justin**, Coop. ad S. Georgium Locopoli.

*Anno 1711. in consortium DD. Confratrum cooptati.*

Hilmus ac plurimum Rdus Dnus **Antonius Wolfgangus ab Issenhausen**, Parochus in Watsch.

Adm Rdus Dnus **Michael Thschandik**, Plebanus & Commissarius ad S. Georgium prope Cilleam.

Adm Rdus Dnus **Michael Arch**, Parochus in Siesenhamb.

Rdus Dnus **Joannes Puchperger**, Vicarius in Moreitsch.

Rdus Dnus **Fortunatus Terbischek**, Coop. in Seinsenberg.

*Anno 1712. DD. Consodalibus associati.*

Rdus Dnus **Bartholomaeus Wassar**, Coop. in Monsburg. nunc Jesuita.

Rdus Dnus **Joannes Bernardinus Wagathey**, Vicarius in Monsburg.

Rdus Dnus **Jacobus Tarbanschik**, Cooperator ad S. Martinum in ualle Tuchain. Obiit 23. Julii 1723.

Rdus Dnus **Andreas Bernoskon**, Coop. in Lemberg.

Adm Rdus Dnus **Gregorius Engelmann** Parochus ad S. Martinum sub Kallenbergh. Obiit Labaci 18. Junii 1717. Benefactor.

*Anno 1713. DD. Confratribus aggregati.*

Rdus Dnus **Matthias Staricha**, Cooperator ad S. Stephanum sub Siemitsch. Obiit 17. Julii 1720.

Adm Rdus Dnus **Georgius Jakliz**, parochus in Tschermoschniz. Obiit 24. 8bris 1717.

Adm Rdus Dnus **Gregorius Martinus Mikez**, parochus in Lemberg.

Rdus Dnus **Jacobus Vidmar**, Cooperator in Zirkach.

Rdus Dnus **Antonius Folik**, Sacellanus in Ainödt.

Rdus Dnus **Oswaldus Sauerschnik**, Cooperator Fraslauii.

Multum Rdus Dnus **Matthias Dimiz**, Vicarius ad B. Virginem in Tuchein.

Rdus Dnus **Bartholomaeus Egger**, Cooperator Gottscheuiensis.

Rdus Dnus **Georgius Jurass**, Coop. in Döbernik.

Rdus Dnus **Joannes Chrysostomus Schimenitsch**, Cooperator ad S. Petrum in Commenda.

Adm R. D. **Franciscus Michael Hingerle**, Parochus in Lustall.

*Anno 1714. Ad gremium DD. Confratrum admissi.*

Rdus Dnus **Michael Krall**, Cooperator ad S. Petrum in Commenda. Obiit 20. Maii 1716.

Adm R. & perillustris D. **Franciscus Josephus a Valuasor**, parochus in Saunstain. Obiit 11. Martii 1721.

Multum R. D. **Matthias Schoss**, Notarius Vblis Officii Labacensis.

R. D. **Franciscus Abracht**, Coop. ad S. Martinum prope Crainburgum. Obiit 11. Martii 1724.

R. D. **Lucas Wolka**, Cooperator ad S. Georgium in Campestribus. Obiit 1. 7bris 1723.

R. D. **Petrus Terbischek**, Cooperator in Jauchen. Obiit 12. Novembbris 1722.

R. D. **Simon Primscha**, Alumnus Collegii Mariani Oberburgensis. Discessit.

R. D. **Adamus Singer**, olim ad S. Margaretham prope Klingensel Cooperator. Obiit 8. Junii 1715. Benefactor.

*Anno 1715. DD. Consodalibus annumerati.*

Adm Rdus, ac Religiosus Dnus Pr **Martinus Gussitsch**, Sac. Ord. Cist. Sittici Professus.

Adm Rdus Dnus **Achatius Starschinar**, Plebanus & Commissarius Oberburgi.

R. D. **Michael Mazheradnik**, Alumnus Oberburgensis.

R. D. **Jacobus Homan**, Coop. in Einsnern.

R. D. **Joannes Baptia Schubiz**, olim in Pölandt Cooperator.

R. D. **Josephus Sorga**, Coop. in Aich. Anno 1718 Eliminatus, eo quod discesserit ad partes ignotas.

Multum R. D. **Laurentius Wachar**, Vicarius ad S. Georgium sub Thabor.

R. D. **Josephus Schiffrer**, Cooperator in Michelstetten.

R. D. **Martinus Sicherle**, Cooperator Diuinorum in Ciuitate Locopolitana. Obiit ibidem 15. Aprilis 1720.

(Nadaljevanje prib.)

**Vsebina. Diplomatarij:** 24. Bulla papeža Pija VI., s katero zatare škofiji tržaško in pičansko, povzdigne mesto Gradiško v škofjsko stolico, podvrže novo škofijo gradiščansko nadškofu ljubljanskemu, ji podredi del zatrte nadškofije goriške in župnije zatrte škofij tržaške in pičanske ter nekatere fare, odkrusene od poreške in puljske vladikovine. — **Duhovniška bratovščina sv. Mihaela v Mengšu.** — (Nadaljevanje.)